Mythologia, Padoue, 1616 - 56 : Le Triomphe d'Amour d'après Philostrate

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, Nove Imagini degli dei (Padoue)

Nove Imagini, Padoue, 1615 - 138 : Le Triomphe d'Amour d'après Philostrate *a pour reproduction ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Paginationp. 218
Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 11/04/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7775?context=pdf

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7775?context=pdf

Quis cæcum prait? Ebrietas, Sopor, Otia, Luxus.
Qui comites? Rixæ, Bella, Odium, Opprobriũ.
Quis cęlo dignati? homines. quæ cauſa coegit?
Mitior autore eſt credita culpa Deo.

Hunc è crapula, deliciarumq́ue copia naſci denique tradiderũt antiqui, cùm nihil ſit, quod magis morum probitatem, vitamq́ue humanã, quàm deliciæ, labefactet. Sic enim de amoribus inquit Phocilides:

ἐκ ἀγαθῶν πλεονάζον ἐφυ θνητοῖσιν ἄκαιρα.
ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ πρὸς ἀμέτρους ἕλκει ἔρωτας.
Vtiliter nulli nimia eſt data copia victus,
Hoc ſtimulo in turpes homines pelluntur Amores.

Atque præclarè idcirco ſcriptum fuit à Pallada, quòd nihil magis repugnat diuinæ naturæ quàm immodica victus copia, quæ faciliimè ad omnes turpitudines impellit, quippe cum humanitas, & iuſtitia, & temperantia, & omnes virtutes ſint frugalitatis at non crapulæ aſſeclæ, vti optimè per hæc carmina docemur:

γαστέρα μισοῦσιν θεοί, καὶ βρώματα γαστρός.
εἵνεκα γὰρ τούτων σωφροσύνη λύεται.
Iure inuiſa Deis hæc ventris vaſta vorago eſt,
Temperat à nullis turpibus illa ſibi:

Atque vt ſummatim dicam, tot inſignia, tot vires, tot ſpolia, tam ſæui comites, tam deformis occulorum cæcitas, & ætas minime apta prudentiæ, data ſunt Cupidini ab antiquis poetis, ad exprimendam libidinis hominum inſaniam vt nihil tantopere abhorrere videatur ab ingenuo & bene inſtituto homine; quæ tamen omnia ita conuerſa sũt ad hominum voluptates, vt etiam cum quadam animi ſuauitate recenſeantur à nonnullis. Hoc mihi perſimile ſanè graui aliquo morbo laboranti contigiſſe videtur, cui propter ſtomachum peſſimè affectum, vel in deterrimos humores pharmaca ipſa vertuntur. Hunc igitur ad deterrendos homines à turpitudine introductum, pro Deo coluit vulgus mortalium: cũ non intelligat Deum beneficientiæ, liberalitatis, temperantiæ, & omnis probitatis atque humanitatis eſſe autorem: at Cupidinem hunc vulgarem Deum bella, rixas, contentiones, dolos, iniurias, honoris facultatumq́ue iacturam habere perpetuos comites. Quare præclarè ſcripſit poeta ille in his verſ.

τίς θεὸν εἶπεν ἔρωτα; θεοῦ κακὸν οὐδὲν ὁρῶμεν
ἔργον, ὁ δ' ἀνθρώπων αἵματι μειδιάει.
οὐ θεὸν ἐν παλάμαις κατέχει ξίφος; ἠνίδ' ἄπιστα
τῆς θεοδηλήτου σκῦλα μιαιφονίης. (ca
Quis prior eſſe Deum mortalis dixit Amorem?
Sanguine lætatur, ſunt bona grata Deo.
Nonne enſem manibus præacutum ſuſtinet? ecce
Cæſibus è multis quot tulit exuuias.

Idcirco Apollonius Rhodius omnium malorum fontem & originem Cupidinem putauit, quia propter laſciuiam iuſtitia contemnatur, omneſque exoriantur iniuriæ; vt eſt in his lib. 4.

σχέται

INTERNET ARCHIVE
THE GETTY RESEARCH INSTITUTE

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7775?context=pdf